

Vd
2150

II, 25.

125.

II, 25.



PROPOSITIONES

Ex parte
SERENISSIMI PRINCIPIS POLONIÆ,
Et
ELECTORIS SAXONIÆ,

F R I D E R I C I A U G U S T I ,

Inter cæteros Diadematis Regii Candidatos, Coronam Inclyti Regni Poloniae, & Magni Ducatus Lithuaniae, per libera liberrimæ Gentis suffragia ambientis, Serenissimæ Republicæ Polonæ in perpetuam amicitiæ benevolentiaeque tesseram,
oblatæ.

PROPOSITIONES
Liberato
SACRAE IN ARVICIS POLONIAE
RECTORIS SAXONIE
ERIDERICI
AUGUSTI



*CELSISSIONE PRINCEPS PRIMAS,
Reverendissimi, Illusterrissimi, Excellentissimi, Illu-
stres, Magnifici, ac Generosi Domini Serenissimæ
Reipublicæ Inclyti Regni Poloniæ, & Magni Duca-
tus Lithuaniae Status ac Ordines, &c.*



Uum nemo dubitare possit, Serenissi-
mum Principem Regium Poloniæ, & Magni Du-
catus Lithuaniae, Electorem Saxonie, esse ve-
rum, & indubitatum Catholicum, tantoque Ze-
lo, Religione, ac Pietate, sanctæ ac universalí Ma-
tri Ecclesiae Romano-Catholicæ unitum, & addi-
ctum, ut pro integritate, infallibilitate, & defen-
sione ejus omnes vires, & quidquid chari habet, impendere non re-
cufaret, opera pretium non est, Orthodoxis Serenissimæ Reipublicæ
Ordinibus veritatem hanc superfluis probare testimonii. Universus enim Orbis videt, miratur, & aestimat solidam, non vanam, nec fu-
catam Principis hujus Religionem, quam propriis ac personalibus me-
ritis, virtutibusque suis ita adorat, ut in exemplar fæculi nostri à
DEO datus censeatur. Junxit demum puritati Religionis virtutum
omnium normam, quæ & Principem ad magna natum, & honestum
per omnia virum distinguunt; Nullus in Eo datur vitio locus, quo
exi-

eximiæ animi ejus dotes aut imminui, aut obumbrari vel ab ipsa invidia possint. Junxit Justitiae clementiam, Fortitudini consilium, rebus agendis Prudentiam, Potestati moderationem, Authoritati gratiam, opibus liberalitatem, Fortunæ suæ temperantiam, aliena curam. Procul ab eo crux & vindicta, procul sponzionum violatio, aut meritorum oblivio, vel beneficij tarditas; non gravi superciliosus, non accessu difficulti, comis omnibus, & affabilis.

Recensere natalium ejus splendorem non est momenti præsentis; hunc enim jam in Serenissimo olim Rege AUGUSTO Domino Parente suo desideratissimo probè cognovit, & adamavit Serenissima Respublica Poloniarum: sed quod præcipuum Serenissimo Principi Regio germinat prærogativam, est sanguis ille illustris, qui è vetusta Jagellonum stirpe * duodenis in venas suas rivulis influens, purus & calens adhuc cum agitat, & in inclytam Gentem Polonam vivo, naturalique inclinat amore.

Per hos inæstimabiles tanti Sanguinis influxus, credit Serenissimus Princeps Regius apertam sibi patere viam ad amplissimos Nationis Polonæ invictissimæ affectus, quos immarcescibiles semper ac ultra domesticum solem protenos erga Stirpem Jagellonicam, sæcula probant, adeò, ut hoc prorsus motivo non degener ramus Serenissimus Princeps Regius etiamnum liberrimis Serenissimæ Reipublicæ Poloniarum suffragiis, se, fortésque suas tradere, &, uti facit, impensè recommendare non diffidat.

Per hunc Sanguinem nec extraneus, nec indocilis ad legum & libertatis Polonæ instituta censeri potest Serenissimus Saxoniae Elector, quin imo spei non vanæ fiduciâ nutritur, quod & hac parte fidus, acceptusque erit liberis votis, ac suffragiis Electoris Populi, quæ solo bene merendi studio in se derivare, ac lucrari, nec ulla alia ratione & causâ mereri cupit.

Et prout Serenissimus olim Rex Dominus Parens suus desideratissimus, liberis suffragiis electus, nec ullis adversis fortunæ casibus,

Nu-

* Vide Schema Genealogicum Serenissimi Principis Regii Polonie, & Magni Ducatus Lithuaniae Electoris Saxoniae sub finem in adjecto sub lit. A. impressum.

Numine propitio, à Regno amotus, Jura, & Libertates ejus intaminatè servavit, & auxit, usib[us]que publicis hujus Serenissimæ Reipublicæ vitam litavit, nec ullum jus speciale Serenissimo Principi Regio Filio suo ad petendam Coronam reliquit, aut quidquam eum in finem toto tractu vita sua tentavit, vel attentavit, sed integrum & liberam hac in parte optionem Inclytis Serenissimæ hujus Reipublicæ Ordinibus restituit; Ita & Serenissimus Princeps Regius Elector Saxoniæ, solis liberrimæ Gentis votis & affectibus se se committens, posteaquam Providentia Divina sic disponente, Serenissimæque Reipublicæ assensu accedente, in Regem eligitur, promittit, se *Paetis Conventis* juramentō comprobandis, atque Diplomate in forma quam sufficientissima Serenissimam Rempublicam assecuraturum, quod unicè, & non alio quovis colore prætextuoso, sed liberis suffragiis Thronum hujusce Regni concordat, & quod Successores ejus Sanguinis nullum jus speciale, aut colorem juris ad petendum idem Regnum sint habituri, sed liberum per omnia erit Serenissimæ Reipublicæ, post sera fata sua, quemcunque placuerit, in Regem suum assumere, & inaugurate.

Cujus rei securitatis majoris gratiâ Guarantiam quam solennissimam procurabit Serenissimus Princeps Regius, si id necessarium, & opportunum Serenissimæ Reipublicæ videbitur: Pari securitate omnes Regni hujus Libertates, immunitates, prærogativas, jura, & privilegia manutenda per se religiosè spondet, in eundâque *Paeta Conventa* intaminatè observanda promittit.

Regnum hoc liberrimum & Provincias ei annexas, juxta Leges, Constitutiones, & ordinationes ejus gubernabit, idque cum Assistentia Senatus, Ministeriorum, & Statuum Reipublicæ. Nè verò Ministerium Saxonicum ullo quopiam modo & prætextu in Regni hujus promotiones, dispositionesque se se ingerat, Serenissimus Princeps Regius, Articuli II. Paragraphum *stum* in Tractatu anni 1717. expressum desuper manutenendum, & observandum declarat.

Tranquillitatem internam, qualis à Serenissimo pia memoria Parente suo glorioſissimo stabilita est, unionemque animorum inter Status & Cives Patriæ, curæ cordique habebit, & conservabit.

Pacem quoque externam, amicitiam, & bonam Viciniam cum
B Prin-

Principibus externis, quibus Serenissimus Princeps Regius non est obnoxius, nullasque differentias & ansam præberet, tutò cultivabit.

Curlandiam, aut aliam quamcunque Provinciam à corpore Republicæ avelli nunquam patietur.

Et casu, quo eadem Serenissima Republica bello peteretur, auxiliūmque in armis prætenderet, Serenissimus Princeps AUGUSTUS Elector Saxonæ in illo necessitatē casu, si, & in quantum Serenissima Republica Copias auxiliares ab eo desideraret, offert, se easdem ad vota & tenorem desiderii Reipublicæ suppeditare, sumptibusque suis pecuniaris manuteneret, solo tantum pane in natura pro militite, & provisione pro equis mediante.

Promittit quoque Serenissimus Princeps Regius Kameneicum Podoliae, tum & fortalitium SS. Trinitatis in meliorem, quam nunc sunt, defensionis statum propriis sumptibus, & impensis redigere.

Arsenalia Reipublicæ, quatenus apparatu bellico, & ammunitiōnibus necessariis instrui, atque provideri possint, Serenissimus Princeps Regius unā cum Serenissima Republica efficaciter modum inire, atque sua ex parte contribuere promittit.

Scholam seu Academiam militarem pro exercenda Juventute Polona ad fortia se se applicante, propriis sumptibus manutenebit, quoque Serenissima Republica de certo fundo ipsius non providebit.

Domum quoque, seu Xenodochium pro invalidis militibus extruere Serenissimus Princeps Regius declarat, ubi certus numerus bellō frāctorum tam Polonici, quam externi Authoramenti militum, sufficienter ex liberalitate Principis providebitur, atque sustentabitur.

Demum idem Serenissimus Princeps Régis particulari erga Serenissimam Rempublicam ejusque emolumenta studio, & propensiōne æstuans, ad sublevandas necessitates ipsius publicas **tres** Millions florenorum Polonicalium offert.

Quoniam verò eadem Serenissima Republica non tanū Domi armis & consilio, sed & ab extrā Legationibus, & culturā bonae harmoniae cum externis Potentias fulciri debet, opere pretium est, ut ad instar aliarum Nationum Ministros suos ad Aulas externas, & præfertim vicinas foveat; ideo, ut id facilius fieri possit, Serenissimus Princeps

ceps Regius ex Liberalitate propria summam centum millium florinorum Polonicalium ex proventibus Oeconomiarum suarum annuatim ad supplendos Thesauri Regni sumptus, pro iisdem Legationibus assignaturum se declarat.

Et cum sit maxima Regum Poloniae prærogativa, quod habeant in manibus suis justitiam distributivam, ideo Serenissimus Princeps, postquam eadem ex liberis suffragiis potitus fuerit, Gratias, Beneficia, & munia Regni, non aliter dispensabit, quam conformiter ad prescripta Legum, & secundum merita, nec alio, quod absit, sed solo virtutis pretio, & distinctione. Magnanimitas enim Principis hujus longe abest ab indecentiis lucri somite.

Mensum quoque militarium in conferendis gratiis justam habebit rationem: Administrationibusque economicis juxta leges patrias solos Nobiles Possessionatos Regni & Provinciarum ei annexarum admovebit.

Salis fodinarum, & earum conservationis curam, nè subruantur, aut desolentur, habebit. Salem quoque Nobilitarem *Sol Suchednia-wa* dictum, punctualiter Nobilitati, juxta antiquam praxim, in integro extradi jubebit, atque illis Palatinatibus, qui illum in lapidibus crudis, alias *w Balwanach*, recipiebant, in eadem sorte, & qualitate tradetur.

Metallorum fodinas principaliter *Olkusz* dictas, quibus ærarium publicum sublevaretur, aperire, ac reparare curabit, operamque suam cœ intendet, ut & prærogativa cuendæ moneræ, ejusque officina monetaria jam alias neglecta, instauretur, & moneta adulterina, per quam ingens Reipublicæ insensibiliter quotidie influit damnum, ad pedem & valorem iustum corrigatur, reducaturque; Quo fine curam & officia sua Serenissimus Princeps Regius interponet, quatenus Principes vicini, æqualis & probati valoris monetam in commerciis cum Regno Poloniae adhiberi faciant.

Commercialia pariter, quibus Dominia florent, nervisque rerum augetur, quatenus in emolumentum Serenissimæ Reipublicæ in pristinum statum reflorescant, Regnicolarumque & Urbium opulentia, decor, & felicitas redeat, Serenissimus Princeps Regius operam suam navabit, atque obstacula, quæ eadem impedire dignoscuntur, studio & officiis suis apud vicinos Principes amoveri curabit.

Capellam Cracoviæ, & suffragia perpetua pro Regibus Regni hujus fundabit.

Et cum idem Serenissimus Princeps Regius Elector Saxoniæ, ob ampla, sufficientiâque Dominia sit extra indigentia statum positus, ea propter oneri Serenissimæ Reipublicæ neque ipse, neque Serenissima Proles sua ulla tenus erit, quin in modo volupe habebit impendere pro bono Regni hujus media illa, quæ DEUS ipsi concedit.

Cæterum cum in aperto sit, Serenissimum Principem Regium Electorem Saxoniæ esse Principem justum, Religiosum, Fideique datæ fidelem observatorem, ac mutari nescium, dubitare Serenissima Republica Poloniarum minimè potest, manutenturum Eundem facrofanciat, atque adimpleturum religiosè non modò hæc, quæ nunc declarat, sed & ea omnia, quæ per Pacta secum convenienda rite ac solenniter spondebit.



E,

FUS, DISLAO' POLONIÆ REGE.

A. 1386. d. 14. Febr.

lem

21. Febr.

Baronia A. 1491.

CHRISTINA

.1507. d. 15. Dec.

HILIPPO Magnani-

-igr. Haffie A. 1523. d.

†. A. 1549. d. 15. Apr.

GEORGII Pius

vius Haffie Darmst.

17. d. 10. Sept. †. A.

7. Febr. Uxor prima

ALENA Comit Lip-

a A. 1572. †. A. 1582.

pr.

JOVICUS V.

vius Haffie Darmst.

177. d. 24. Sept. †.

666. d. 27. Jan.

Uxor

GDALENA

OH. GEORGII

By Elekt. Brandenb.

1598. d. 8. Junii. †.

1. 4. Maij.

BARBARA
 nata A. 1478. d. 15. Julii, nupta GEORGIO Barbato Ducis Saxonie
 A. 1496. d. 21. Nov. †. A. 1534. d. 17. Januarii.

MAGDALENA
 n. A. 1507. d. 7. Martii, nupta JOACHIMO II. March. & Elekt. Brandenb.
 A. 1524. d. 6. Nov. †. A. 1534. d. 28. Dec.

JOH. GEORGIUS
 Marchio & Elector Brandenburgicus,
 n. A. 1525. d. 11. Sept. †. A. 1598. d. 8. Jan.

Uxor secunda
 SABINA Brandenb. Onoldina

Uxor tertia
 ELISABETHA Amboltina
 nupta A. 1577. d. 16. Oct.
 †. A. 1607. d. 26. Sept.

JOACH. FRIDERIC. SOPHIA
 Marchio & Elekt.
 Brandenb.
 nupta
 ANNA CATHARINA CHRISTIANO I.
 nupta
 CHRISTIANO IV. R. Danie Joh. GEORGIUS I.
 D. & Electori
 Saxonie

FRIDERICUS III. R. Danie Joh. GEORGIUS II.
 D. & El. Saxon.

CHRISTIANUS MAGDALENA
 Marchio Brandenb.
 Culmbac.
 n. A. 1581. d. 30. Jan.
 †. A. 1655. d. 30. Maji.
 Uxor
 MARIA Brandenb.
 Borussia

MAGDALENA SIBYLLA ANNA ELEONORA
 nupta
 LUDOVICO V.
 Landgrav.
 Haffie
 Darmstadtino

ANNA COMIT

SERENTISSIMUS
POTENTISSIMUS
REGIUS PRINCEPS POLONIAE,
ET

MAGNI DUCATUS LITHUANIE
ELECTOR SAXONIE

FRIDERICUS AUGUSTUS,

DUODECIES DESCENDENS A IAYGELLONE SEU WLADISLAO POLONIE REGE.

IAYGELLO, Magnus Dux Lithuaniae ab A. 1381, in Sacro Baptismo A. 1386. d. 14. Febr.
WLADISLAUS dictus, electus & coronatus REX POLONIE d. 17. ejusdem
M. & A. †. 1424. d. 31. Maij.

Uxor terria

SOPHIA, Filia ANDREÆ, Duci Koenigis, ducta A. 1421. m. Febr. †. A. 1461. d. 21. Febr.

CASIMIRUS IV. natus A. 1427. d. 29. Nov. Rex Polonie electus A. 1444. A. 1492.

USUM ELISABETHA, Filia Imper. ALBERTI II. Austriae A. 1451. d. 2. Febr. †. A. 1509. d. 31. Aug.

WLADISLAUS II.

natus A. 1466. Rex Bohemiae. A. 1471. d. 14. Aug. & Hungariae,
A. 1493. d. Sept. 1. A. 1516. d. 14. Marti.

LUDVICO III.

ANNA de Puis, Filia CANTONIS DE CANDOLE ducta A. 1503.
d. 29. Sept. 1. A. 1506. d. 25. Julii.

ANNA

nata A. 1510. d. 17. Maij. nupta FRANCISCO I. Archiduci Austriae, pollo
Imperatore, & Regis Poloniae. A. 1516. d. 27. Jan.

MARIA

nata A. 1510. d. 17. Maij. nupta FRANCISCO I. Archiduci Austriae, pollo
Imperatore, & Regis Poloniae. A. 1516. d. 27. Julii. A. 1516.

MARIA ELEONORA

nata A. 1510. d. 17. Jan. nupta ALBERTO FRIDERICO,
Marchio Brandeb. & Duc Poloniae. A. 1517. d. 5. Febr.

MARIA

nata A. 1510. d. 17. Jan. nupta GEORGIO I.
Duci & Elector Saxonie.

SOPHIA

nata A. 1510. d. 17. Jan. nupta GEORGIO I.
Duci & Elector Saxonie. A. 1517. d. 19. Julii
A. 1519. d. 19. Nov.

SABINA

nata A. 1510. d. 17. Jan. nupta JOACHIMUS FRIDERICUS
Marchio & Electr. Brandeb.
A. 1517. d. 19. Julii
A. 1519. d. 19. Febr.

CHRISTIANO MARCHIONI

nupta JOACHIMUS FRIDERICUS
Marchio Brandeb. A. 1516. d.
29. Apr. †. A. 1519. d. 19. Febr.

MAGDALENA SIBYLLE

nupta JOAH. GEORGII.
Duci & Elector Saxonie.
A. 1517. d. 19. Julii
A. 1519. d. 20. Marti.

JOAH. GEORGII.

Duci & Elector Saxonie.
A. 1517. d. 19. Julii
A. 1519. d. 20. Marti.

JOAH. GEORGII III.

Duci & Elector Saxonie.
A. 1517. d. 19. Julii
A. 1519. d. 20. Septem.

ANNA SOPHIA

Principes Regis Danie & Nor-
wegia dux A. 1516. d. 29. Oct.
A. 1517. d. 19. Febr.

FRIDERICUS AUGUSTUS

Duci & Elector Saxonie.
Regis Princeps Poloniae
& Elector Saxonie.

FRIDERICUS

AUGUSTUS
Regis Princeps Poloniae
& Elector Saxonie.

SOPHIA

nata A. 1464. d. 7. Maij. nupta FRANCISCO SENIORI Marchionis Branden. Osolino

March. & Electr. Brandeb.
A. 1474. d. 4. Marz.

†. A. 1515. d. 27. Dec.
Uxor terria

HEDVIGA

nupta JOAH. GEORGIO
March. & Electr. Brandeb.
A. 1474. d. 19. Febr.

†. A. 1515. d. 27. Dec.

FRIDA

nupta JOAH. GEORGIO
March. & Electr. Brandeb.
A. 1474. d. 19. Febr.

†. A. 1515. d. 27. Dec.

CHRISTIANA

nupta JOAH. GEORGIO
March. & Electr. Brandeb.
A. 1474. d. 19. Febr.

†. A. 1515. d. 27. Dec.

CHRISTIANA

nupta JOAH. GEORGIO
March. & Electr. Brandeb.
A. 1474. d. 19. Febr.

†. A. 1515. d. 27. Dec.

CHRISTIANA

nupta JOAH. GEORGIO
March. & Electr. Brandeb.
A. 1474. d. 19. Febr.

†. A. 1515. d. 27. Dec.

CHRISTIANA

nupta JOAH. GEORGIO
March. & Electr. Brandeb.
A. 1474. d. 19. Febr.

†. A. 1515. d. 27. Dec.

CHRISTIANA

nupta JOAH. GEORGIO
March. & Electr. Brandeb.
A. 1474. d. 19. Febr.

†. A. 1515. d. 27. Dec.

CHRISTIANA

nupta JOAH. GEORGIO
March. & Electr. Brandeb.
A. 1474. d. 19. Febr.

†. A. 1515. d. 27. Dec.

ANNÆ

nata A. 1517. d. 12. Maij. nupta BOGDALO X. Pomeraniae A. 1490.

†. A. 1509. d. 23. Aug.

SOPHIA

nata A. 1518. d. 17. Maij. nupta ALBERTO II. Duc Prussiae

d. 20. Marti.

ANNA MARIA

nupta ERICUS Duci Bruns., ducha

A. 1515. d. 10. duc. Marti.

ALBERTUS

nupta ERICUS Duci Bruns.

d. 20. Marti.

CHRISTIANA



SCHE
HEDER HEDER

HEDER

SCHE

Vd 2150

40

ULB Halle
007 406 746

3



Vd 78

M.L

4-



PROPOSITIONES

Ex parte
 AII PRINCIPIS POLONIÆ,
 Et
 TORIS SAXONIÆ,
D E R I C I
J U G U S T I ,

iadematis Regii Candidatos, Coro-
 ni Poloniae, & Magni Ducatus Lith-
 ua liberrimæ Gentis suffragia am-
 mæ Reipublicæ Polonæ in perpetu-
 æ benevolentiaeque tesseram,
 oblatæ.

